

Simon, E. 1889. Etudes arachnologiques. 21e Mémoire.  
XXXI. Descriptions d'espèces et the genres nouveaux de  
Madagascar et de Mayotte. Ann. Soc. ent. Fr. (6) 8: 229-230.

*Crustulina ambigua* Simon, 1889

10. CRUSTULINA AMBIGUA, sp. nov., ♀. — Long. 2 mill. — Cephalothorax fusco-rufulus, versus marginem sensim dilutior sed anguste nigricanti-marginatus, nitidus, fere levis, parte thoracica utrinque, prope marginem, granulis paucis, lineas radiantes abbreviatis formantibus, notata. Oculi postici in linea lata, leviter recurva, medii paulo majores, obtusissime triquetri, inter se approximati sed a lateralibus late remoti. Oculi antici in linea evidenter procurva, late et fere aequè distantes, medii vix majores. Area mediorum multo latior antice quam postice. Clypeus area oculorum latior sed chelis multo angustior. Abdomen maximum, subglobosum, sed antice obtusissime truncatum et obtusissime emarginatum, supra duriusculum, nitidissimum, nigro-rufulum, utrinque macula maxima arcuata et reniformi fulvo-aurantiaca notatum, subtus fusco-testaceum. Sternum fusco-rufescens, subtiliter coriaceum, parce pilosum. Chelae fusco-nigrae, sat validae et longae, coriaceo-rugosae. Pedes breves, sat robusti, obscure fulvo-rufescentes, femoribus ad basin patellisque dilutioribus, femoribus ad apicem fusco-annulatis. Vulva simplex, fovea parva, transversa, nigra, anguste coriaceo-marginata, impressa. — Madagascar.

Espèce très ambiguë, dont les caractères sont intermédiaires à ceux des *Dipæna* et des *Crustulina*. Elle diffère des *Dipæna* par ses yeux médians antérieurs à peine plus gros que les latéraux et par son bandeau plus court que les chélicères. Elle s'éloigne des *Crustulina* typiques par ses yeux médians postérieurs beaucoup plus resserrés que les latéraux et l'aire des médians beaucoup plus large en avant qu'en arrière.